

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Iuramentum k  
cum fonte primo

Nemo est qui frequenter  
iuret qui aliquando non periuret,

sicut qui consuevit  
multa loqui aliquando  
loquitur importuna.

Crisostomus super illud Matthei V.:  
Dico uobis non iurare omnino.

Nemo est enim, qui frequenter  
iurat, et non aliquando periuret.

Propter hoc admonet Salomon: *Non  
assuescas juramento os tuum; multus  
enim casus in illo (Eccli. 23, 9).*

Sicut enim qui facit consuetudinem  
multa loqui, necesse est ut aliquando  
et importuna loquatur,

et qui facit consuetudinem frequenter  
manu sua percutere, necesse est ut  
aliquando et injuste percutiat: sic qui  
facit consuetudinem jurare in rebus  
idoneis, frequenter et in rebus superfluis  
etiam nolens consuetudinem trahente  
perjurat.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus  
imperfectum in Matthaem*, 12 (PG 56,  
col.697).